

## DEL 2

### 1. APPENDIX: TEXTER OCH ÖVERSÄTTNINGAR



Boccaccio, fresk av Andrea del Castagno ca 1450. Nu i Uffizierna Florens

#### 1.1. DIDO I *GENEALOGIA DEORUM GENTILIUM* – LATINSK TEXT

##### LIBER 2.60

De Didone filia Beli et coniuge Sycei <sup>1</sup>

1. Dido precipuum matronalis pudicitie decus, ut Virgilio placet Beli regis fuit filia. Hanc insignis forme virginem Tyrii, Belo mortuo, Acerbe seu Sycarbe vel Syceo Herculis sacerdoti dedere in coniugem, qui ob avaritiam a Pygmalione occisus est.

2. Hec autem post longa fratris mendacia in somnis a viro premonita, sumpto virili animo, pluribus ex his quibus sciebat Pygmalionem exosum clam in suam sententiam tractis, sumptis navibus fugam cepit, thesauris secum delatis, et cum in litus devenisset Affricum, ut placet Tito Livio, mercata ab incolis suadentibus, ut ibidem sedem sumeret, tantum litoris quantum posset bovino corio occupare, illudque in cartam redactum et in frusta concisum occupavit plurimum, et

---

<sup>1</sup> Den latinska texten till avsnittet ur bok 2 av *Genealogia deorum gentilium* har tagits från Solomon sid 280 – 83 och till avsnittet ur bok 6 från [www.oeaw.ac.at/kal/mythos/Bocc06.pdf](http://www.oeaw.ac.at/kal/mythos/Bocc06.pdf). Översättningen är min.

ostensis sociis thesauris eisque animatis, civitatem composuit, quam postea vocavere Cartaginem; arcem vero eius e bovino corio, quod sic vocitant, Byrsam nuncupavit.

3. Ad hanc accessisse Eneam profugum, vi tempestatis impulsus, et hospitio thoroque susceptum ab ea, Virgilio placet, eamque discedente a se Enea, ob amoris impatientiam occisam. Verum Justinus et hystorigraphi veteres aliter sentiunt. Dicit enim Justinus eam a Musitanorum rege sub belli denuntiatione a principibus Cartaginensibus postulatam in coniugem, quod cum ipsa rescisset et sua se ante sententia ad omnem casum pro salute patrie damnasset, egre tulit, sed terminum impetravit infra quem se ad virum promisit ituram.

4. Qui cum venisset, constructo ingenti rogo in eminentiori civitatis parte, quasi Sycei placatura manes, illum conscendit, et astantibus civibus atque expectantibus quidnam factura esset, ipsa, educto quem clam gesserat cultro, dixit, ”optimi cives ut vultis ad virum vado”, seque hoc dicto interemit, mortem potius eligens quam pudicitiam maculare. Quod etiam longe aliud est a descriptione Maronis.

## LIBER 6.53

De Enea Anchisis filio, qui genuit Iulium Ascanium et Silvium Postumum

Et reascensis navibus, tempestate in Affricam delatus est, ut ait Virgilius, cum alii negent, ubi a Didone regina susceptus cum septem iam errasset annis, cum qua aliquandiu fuit, eius amicitia usus et lecto, si in hoc Virgilio credendum est. Inde autem Superum monitu discedens iterum...

### 1.1.1 DIDO I *GENEALOGIA DEORUM GENTILIUM* – ÖVERSÄTTNING

#### BOK 2.60

Om Dido, Belos dotter och Sycaeus maka

1. Dido, denna framstående prydnad för kvinnlig kyskhets var enligt Vergilius kung Belos dotter. Den ovanligt vackra jungfrun gav tyrierna sedan Belus dött som hustru åt Acerbas eller Sycarbas eller Sycaeus, en präst åt Herkules. På grund av girighet dödades han av Pygmalion.

2. Lång tid därefter varnades hon i en dröm av maken om broderns svekfullhet. Hon uppbyggade manligt mod och flydde sedan hon fått åtskilliga av dem som hon visste Pygmalion var förhatlig för i hemlighet med sig i sin plan. Hon tog skepp och förde skatterna med sig och när hon kom till Afrikas stränder menar Titus Livius att hon där köpte av invånarna, som tyckte att de skulle bosätta sig där, så mycket av stranden som en kohud kunde täcka. Sedan hon plattat ut den som ett papper och skurit den i bitar täckte den mycket och när hon visat sina medhjälpare skatterna

ingöt hon mod i dem och byggde en stad som de senare kallade Kartago; hennes borg kallade de Byrsa efter kohuden som de benämner så.

3. Enligt Vergilius kom Eneas driven av en storm till henne på sin flykt och mottogs av henne både som gäst och i hennes säng. När Eneas gav sig av från henne tog hon livet av sig ur stånd att uthärda kärleken. Men Justinus och andra forntida historiker tänker annorlunda. Justinus säger nämligen att musitanernas kung begärde henne som maka av Kartagos ledare under hot om krig och att hon blev förtvivlad när hon fick veta detta då hon tidigare av egen vilja förpliktigt sig till allt för landets välgång. Men hon utverkade en tidsgräns inom vilken hon lovade att gå till mannen.

4. När den tiden kom gick hon upp på ett stort bål som byggts på stadens högsta plats som om hon skulle blidka Sycaeus ande. Medan medborgarna stod och väntade på vad hon skulle göra drog hon fram en dolk som hon i hemlighet burit med sig och sa, ”Ärade medborgare jag går till mannen såsom ni vill”. När hon sagt detta tog hon livet av sig. Hon valde hellre döden än fläckade kyskheten. Detta är helt olikt Vergilius beskrivning.

#### BOK 6.53

Om Eneas, Anchises son, som födde Julius och Silvius Postumus

När de åter gått ombord på skeppen fördes de av stormen till Afrika. Vergilius säger, fastän andra källor förnekar detta, att han där mottogs av drottning Dido när han redan irrat omkring i sju år.

Om man skall tro Vergilius när det gäller detta vistades han hos henne en tid och gladdes åt hennes vänskap och säng. Därefter gav han sig av igen, uppmanad av gudarna....

#### 1.2. DIDO I *DE CASIBUS VIRORUM ILLUSTRUM* – LATINSK TEXT

De Didone regina Cartaginensium<sup>2</sup>

1. Si veterum literis fides ulla prestanda est, vix nationis alterius ob antiquitatem tam celebre nomen comperies ut Phenicum.
2. Hoc enim, post Syrorum occupatum litus, miris artibus atque laudibus decoratum est, et usque in extremum occiduum claritate operum divulgatum.
3. Quorum ex veteri regum prosapia creditum est Belum quendam, regem eorum, exortum; cuius post mortem Pygmalion filius Phenicum regnum obtinuit: Elyssa vero filia, cui postea Dido nomen fuit, forma eximia, Acerbe vel Sycarbe seu Syceo – ut aliis placuit – avunculo et Herculis sacerdoti, qui post regem apud Tyrios primum obtinebat honorem, coniugio iuncta est.

---

<sup>2</sup> Den latinska texten har tagits från Boccaccio 1983, s. 134 – 145. Översättningen är min.

4. Erat enim is aspectu decorus, iuvenis et magni venerandique nominis inter suos, summe dilectus a coniuge quam ipse precipue diligebat. Verum eidem iudicio suo felicissime mulieri inde infortunii causa exorta est unde perditae arbitrantur mortales fere omnem letitiam exoriri: a divitiis scilicet quibus plurimum habundabat Acerbas.
5. Cupiditate quarum incensus Pygmalion, omnium avarissimus, ratus morte Acerbe se facile possessurum omnia, eum nil tale timentem occidit.
6. Cuius mortem tam anxie Dido tulit, ut diu lacrimis et querelis dirisque in fratrem execrationibus satiari non posset.
7. Tractu demum temporis cum lenitus paululum diuturnitate dolor rationi cederet, dum egra fratris mores et inexplebilem avaritiam consideraret, in somniis premonita, sibi discrete timere cepit atque consulere, et existimans nil sue saluti preter fugam satis esse, communicato his ex principibus loci consilio quibus regem variis ex causis exosum cognoverat, eis in suam sententiam tractis, ad habendas naves feminea astutia fratrem lusit, illi significans se non posse ulterius domum inhabitare viri, eo quod nimium vexaretur recordatione continua, ad quam cogebatur invita dum assidue loca cerneret in quibus dilectissimum sibi Acerbam iam viderat; et ob id cum omnibus que Acerbe fuissent, si naves nautasque miceret, libentissime rediret in patriam.
8. Pygmalion qui id forsitan quod offerebatur petiturus erat, letus, quasi iam votis compos, honorabilem classem ad sororem revehendam transmisit.
9. Dido vero, dolos dolo vincere arbitrata, sumptis permaximis viri thesauris in navibus occulte posuit, et horum loco plures sacculos arena plenos palam in eisdem locari precepit, et vespere primo cum omnibus suis complicibus sociisque regiis naves conscendit.
10. Cumque iam altum teneret, iussit sacculos illos in pelagum deici.
11. Eo facto lacrimabiliter inquit: "Optimi navigationis nostre socii, quid feceritis ignoratis, arbitror: opes Acerbe et Pygmalionis proiecistis in undas; quo facinore ego aut mortis aut fuge socios adinveni.
12. Avaritiam quidem Pygmalionis novistis, cuius opere has ob opes Acerba, vir meus occisus est; nec dubium, si ad eum proiectis his deveniamus, quin spe frustratus et succensus ira nos omnes in cruciatus mortemque compellat, quam quidem, postquam michi quem summe diligebam subtractus est, libens assumam.
13. Sed vobis compatiar; et idcirco si me una vobiscum nephario e conspectu fratris fuga auferre velitis, vite parcam mee et ad sedes letiores petendas faustis avibus me ducem vobis offero."
14. Timore truculenti regis et oratione Didonis permoti, etsi durum videretur natale solum relinquere, proras in Tyrum versas in Cyprum extemplo flexere.

15. Quo postquam secundo vento pervenere, fuge comitem Iovis sacerdotem cum coniuge et liberis magna ex ea peregrinatione futura vaticinantem suscepit; et ignara quibus in locis applicare deberet, in solatium iuventutis et ne in senectutem absque prole laboretur, septuaginta virgines ex litore rapuit, que more Cypriorum veteri ibidem ad advenarum concubitus dotemque ob futurum coniugium acquirendam et pro futura pudicitia Veneri libamenta dature convenerant.
16. Sane post emensum mare, cum classis ad litus affricum appulisset, empto ibidem ab incolis tantum soli quantum bovis corio occupari posset, illud in cartam reductum et minutim in frusta concisum, longe amplius quam arbitrarentur litoris occupatum est.
17. Quo, dum lassitudinem sociorum quiete refovet, naves renovat et opportuna queque resarcit, portare affatim commeatus incole circumadiacentes cepere, a non nullis visere advenas, venire ultro, habere colloquia, mercimonia inire et amicitias capere ceptum est.
18. Quibus una cum loci commoditate agentibus, Didoni suisque visum est fuge finem imponere, et fraude detecta ostensis thesauris, summa spe animavit socios, iacensque urbi fundamenta ubi considerant equi capite comperto et loco laudabilis ostenti sumpto, emptum solum muri ambitu circumcinxit, vocavitque civitatem – ut placet aliquibus – a ”carta” – Cartaginem.
19. Arcem vero eius Byrsam a bovis corio, quod Tyrii ”byrsam” vocant.
20. Civitas autem brevi temporis spatio, ob multas situs commoditates, in ingentem populum ampliata est.
21. Cui regina Dido leges tribuens vivendique mores, integra cum iustitia dominabatur, et vidua ac honestissima sacrum castitatis servabat propositum. Sic ergo optatum obtinens Dido, et cunctis regina presidens, ubi merore in litore tyrio afflictabatur, virtutibus splendens in Affrico mirabili fama florida facta est, adeo ut satis appareret non omnibus lares apud patrios fulgores servatos esse, quos penes dum plurimi sua ignavia tenentur, sordida circumvoluti nube, tanquam vixerint, sibi ceterisque incogniti, pereunt et tanquam fumus in auras evanescent.
22. Attamen Fortuna, status et potissime felicis inpatiens, pedibus castissime regine supposit lubricum, et unde debuerant clarior gloria et ampliores provenisse successus, inde exitium lacrimabile ortum est.
23. Nam, cum in dies augetur, etiam apud remotissimas nationes, formositatis pudicitie atque prudentie Didonis regnique surgentis inclitum nomen, urbi vicinus Musitanorum rex quidam in amorem vidue ferventer exarsit, et convocatis aliquibus ex urbis principibus, coniugium regine petiit, ruinam urbi minitans et exitium populo ni daretur.
24. Qui inflexibilem circa pudicitiam regine propositum noscentes, regis petita ex abrupto referre ausi non sunt, sed astu quodam punico eam intercipere rati, retulerunt regem se pro facietiori vita cupere qui illum instruant tyriis moribus; ad quod agendum se ignorare quibus satis ydonee

commicti posset, eo quod nemo apud tam immanem regem tam barbaram viventem relicta patria etiam coactus velit accedere, et, si non vadant, instare bellum et urbi nove periculum.

25. Hos regina acriter increpuit dicens: "Ergo sinamus vitam inter feras et barbariam agere, sed si mori pro salute patrie opportunum sit, siccine cives optimi parati estis? Malus equidem civis est qui pro salute publica privata cessat incommoda."

26. Tunc principes mandata regis aperuere, suismet verbis arbitantes coniugium esse suum.

27. Que, cognoscens quod in suum propositum dixisset sententiam, diu flebili cum lamentatione Acerbe nomen vocavit; ultimo quo fata trahebant se ad virum ituram promisit; verum trium mensium ad peragendum regis et civium desiderium spatium sumpsit.

28. In quibus – ut arbitror – si quid in defensionem urbi deerat roboris, ociter suppleri fecit, ut quam edificaverat immunitam non linqueret, et sibi conscia futuri diu pulchritudinem suam execrata est, diu Fortunam invidam, diu letos successus: et sic ex placida mentis quiete, quam ex lusa fratris avaritia ex felici fuga ex nobili condita civitate ex numeroso populo summebat, in anxietatem lacrimas et miseriam collapsa est.

29. Sed instante iam termino, in fletus olim in morte Acerbe habitos revoluta, constructa ingenti pyra in parte civitatis excelsa, quasi primi viri placatura manes, cesis hostiis et cultro sumpto, pyram conscendit, prospectantique populo quidnam actum esset inquit: "Cives optimi, ut iussistis ad virum vado" et illico gladio superincubuit; et sic, honestate et pudicitia servata, omnia expirans circumadiacentia innocuo maculavit sanguine.

30. Cartaginenses autem, tam dirum cernentes facinus, in gemitus et merorem lapsi, optimam reginam atque pudicam flere diu, et cruentas exequias multo cum ploratu celebrantes, illam patrie matrem vocantes, humanos divinosque illis honores inpendere omnes, ut si quid vite abstulisset boni Fortune crudelitas, in morte civium repensaret pietas.

31. Qui postquam summopere illam commendaverunt superis inferisque, egere ut, dum invicta Cartago maneret, templis arisque nomini suo dicatis coleretur ut dea.

#### In laudem Didonis

1. O mulieris virile robur, o feminei pudoris decus perpetuis celebrandum laudibus! Paucos quippe qui future vite superesse poterant annos, ut tua staret pudicitia, largiri maluisti fato, quam cum dedecore perituram aliquando ampliolem facere, et illecebri atque indelebili nota libidinis sacrum castimonie fedare propositum.

2. Uno quippe ictu veneranda plurimum regina mortales terminasti labores, famam occupasti perennem, et barbari regis repressisti libidinem, nec non quantum in te fuit immunem bello ob extinctam tuam formositatem patriam reliquisti.

3. His quidem titulis e castissimo pectore tuo sanguis emanavit splendidus, pudicum cecidit corpus, et ad preparatam tuis meritis vitam ornatus evolavit spiritus. Te igitur imprecer agit affectio, si apud manes vis in superos ulla est, lascivientibus matronis opere tuo rubores inice ut, qui nomen tuum honorabile semper post tot secula noscimus, honestatem etiam matronalis pudicitie auctam tuo merito videre possimus.

### 1.2.1 DIDO I *DE CASIBUS VIRORUM ILLUSTRUM* – ÖVERSÄTTNING

Om Dido Kartagos drottning

1. Om man alls kan lita på de gamla texterna finner man knappt något annat folk så berömt för sitt uråldriga namn som fenicierna.
2. Sedan de intagit Syriens stränder prydde de dem med sin förunderliga och lovvärda skicklighet. Tack vare deras lysande verk spreds detta namn i hela den västliga världen.
3. Man tror att deras kung Belos härstammade från dessa gamla härskares släkt. Efter hans död fick sonen Pygmalion det feniciska riket medan dottern Elyssa, som var mycket vacker och senare fick namnet Dido, förenades i äktenskap med Acerbas eller Sycarbas eller enligt somliga Sycaeus, hennes farbror som var präst åt Herkules, och som bland tyrierna hade den främsta rangen efter kungen.
4. Han var en ung vacker man med ett vördat och stort namn bland sitt folk. Han var högt älskad av sin maka som han själv älskade djupt. Anledningen till olycka för denna – enligt sin egen uppfattning – mycket lyckliga kvinna uppkom ur det som människor till sitt fördärv anser att nästan all lycka uppstår av: nämligen rikedom, av vilken Acerbas hade i överflöd.
5. Pygmalion som var girigare än alla andra uptändes av begär till rikedom och trodde att han genom Acerbas död lätt skulle komma över allt och dödade honom som inte alls fruktade något sådant.
6. Dido tog hans död så hårt att hon länge inte kunde få nog av tårar, klagan och förbannelser mot brodern.
7. Då sorgen efter ett tag lindrats en smula av tiden fick den vika för förnuftet. När hon sorgsen betänkte broderns karaktär och omätliga girighet började hon, varnad i en dröm, frukta för sig själv och fundera. Hon insåg att ingenting förutom flykt var nog för hennes säkerhet. När hon berättat sin plan för dem av platsens ledare som kungen av olika orsaker var förhatlig för och fått dem med sig i planen lurade hon sin bror genom kvinnlig list att ge henne skepp. Hon meddelade honom att hon inte längre kunde bo i mannens hus eftersom hon plågades alltför mycket av ständiga minnen. Hon tvingades motvilligt komma ihåg dem då hon ständigt betraktade platserna

på vilka hon ännu såg sin högt älskade Acerbas. Därför skulle hon villigt återvända till hemlandet med allt som tillhört Acerbas om han sände skepp och manskap.

8. Pygmalion som kanske ämnade ta det som erbjöds blev glad, som om han var i besittning av det utlovade, och sände en ärofull flotta för att föra tillbaka systemen.

9. Dido tänkte besegra list med list. När hon i hemlighet tagit mannens stora skatter och placerat dem på skeppen befallde hon att i deras ställe skulle många säckar fyllda med sand öppet placeras på skeppen. Tidigt på kvällen gick hon ombord tillsammans med alla sina förtrogna och de kungliga medhjälparna.

10. När hon kommit ut på djupt vatten befallde hon att säckarna skulle kastas i havet.

11. När detta gjorts sa hon gråtfylld: ”Ärade medhjälpare på min resa, jag tror inte ni vet vad ni har gjort: ni har kastat Acerbas och Pygmalions skatter i vattnet. Genom detta brott har jag skaffat mig vänner antingen i döden eller på flykten.

12. Ni känner till Pygmalions girighet. På grund av dessa rikedomar är min man Acerbas död. Om vi kommer till honom när vi slängt bort dessa skatter kommer han utan tvekan, då hans hopp gäckats och hans vrede tänts, att driva oss alla i en plågsam död. Jag underkastar mig detta villigt sedan den jag älskade så högt tagits ifrån mig.

13. Men jag tänker på er och därför om ni vill ta mig med på flykt tillsammans med er från min brors förskräckliga åsyn skall jag rädda mitt liv och med gynnsamma förebud skall jag som ledare erbjuda bättre boplatser.”

14. Av fruktan för den grymme kungen och Didos tal vände de genast stävarna från Tyrus mot Cypern trots att det syntes hårt att lämna fosterlandet.

15. De kom dit genom en gynnsam vind och tog som ledsagare på flykten en präst åt Jupiter med hustru och barn. Han förutspådde stora ting i framtiden av denna resa. Villrådig om på vilka platser hon borde landstiga tog hon sjuttio jungfrur på stranden till tröst för ynglingarna och för att de inte skulle åldras utan ättlingar. Enlig en gammal sed hos cyprioter hade jungfrurna samlats på stranden för att ligga med dem som kom och så skaffa hemgift till ett framtida äktenskap och ge offer till Venus för sin kommande kyskhets.

16. Ja efter att ha farit över havet och landstigit vid Afrikas kust köpte de där av invånarna så mycket mark som täcktes av en oxhud. Men sedan den plattats till som ett papper skurits i småbitar täckte den mycket mer av stranden än de hade trott.

17. Medan medhjälparnas trötthet där vederkvicktes av vila återställde hon skeppen och reparerade de mest användbara. Invånarna i närheten började rikligen bära dit förnödenheter och inte så få började därtill komma för att se främlingarna, föra samtal och inleda handel och vänskap.



18. När invånarna gjorde detta och på grund av platsens lämplighet beslöt Dido och hennes folk att avsluta flykten. När hon avslöjat sin list och visat skatterna ingöt hon stort mod i medhjälparna. De slog sig ner och lade stadens grund där de funnit ett hästhuvud och uppfattat det som ett gynnsamt tecken för platsen och hon omgav den köpta marken med en mur och kallade staden Kartago, enligt några efter ordet ”carta”.
19. Dess borg kallade de Byrsa efter oxhuden som tyrierna kallar ”byrsa”.
20. På grund av platsens många fördelar ökades befolkningen i staden mycket på kort tid.
21. Drottning Dido gav lagar och ett sätt att leva till staden och härskade med fläckfri rättrådighet. Såsom en mycket ärbar änka följde hon den heliga kyskhets föresatt sig. Så uppnådde Dido det hon önskade och härskade såsom drottning över allt. Medan hon på Tyriens stränder hemsöktes av sorg blomstrade i Afrika hennes förunderliga rykte genom hennes strålande dygder så att det står klart att ära inte visas för alla i sitt fädernehem. Många hålls kvar av sin feighet i dessa höljda i djupaste mörker. De dör som de levtt, okända för sig själva och andra och försvinner liksom rök i luften.
22. Men Fortuna som har särskilt svårt att fördrå tillstånd av lycka placerade svårigheter under den fläckfria drottningens fötter. Det varav en mera lysande ära och större framgång borde ha kommit därav uppkom en beklagansvärd död.
23. Ty när Didos namn, berömt för skönhet, kyskhets och klokhet och det växande riket stärktes dag för dag även bland de mest avlägsna folk, brann lidelsefullt musitanernas kung som var granne till staden av kärlek till änkan. Sedan han kallat samman några av stadens ledare begärde han äktenskap med drottningen och hotade med förstörelse av staden och undergång för folket om det inte beviljades.
24. De kände till drottningens orubbliga föresats om kyskhets och vågade inte utan vidare berätta om kungens krav utan tänkte överrumpla henne genom punisk slughets. De berättade att kungen för en bättre livsföring önskade personer som skulle undervisa om tyriska seder. De visste inte vem som var bäst lämpad att anlita för att göra detta eftersom ingen ville, även om han blev tvingad, lämna hemlandet och gå till en så förskräcklig kung som levde så barbariskt. Men om de inte gick hotade krig och fara för den nya staden.
25. Drottningen klandrade dem kraftfullt och sa: ”Låt oss uthärda att leva bland vilda barbarer, men om det är gynnsamt för fosterlandets räddning att dö skall inte goda medborgare då vara beredda på det? Det är en dålig medborgare som tvekar om statens räddning inför privata olägenheter.”
26. Då avslöjade ledarna kungens önskemål i tron att hon tillrätt äktenskapet på grund av sina egna ord.

27. När hon insåg att hon uttryckt en dom över sin föresats anropade hon länge under gråt och klagan Acerbas namn. Till slut lovade hon att gå till mannen såsom ödet ledde men att hon skulle ta tre månader på sig att uppfylla kungens och medborgarnas önskan.

28. Jag tror att hon under den tiden snabbt lät utrusta staden om något saknades i dess försvar så att hon inte lämnade det hon byggt obefäst. Medveten om framtiden förbannade hon länge sin skönhet, ödets missunnsamhet och alla glädjande händelser. Från sinnets lugna ro som hon fått genom att bedra broderns girighet, genom den lyckosamma flykten, genom den grundade förnämna staden och det talrika folket föll hon ner i oro, tårar och ängslan.

29. När tiden var inne återgick hon till sin forna klagan över Acerbas död. Sedan ett väldigt bål uppförts på en hög plats i staden, som om hon skulle blidka den förre makens ande, och djur offrats och hon tagit med en dolk steg hon upp på bålet och sa till folket som undrade vad som skulle ske: ”Ärade medborgare, jag går till min man såsom ni befallt” och slängde sig genast på svärdet. Med bevarad heder och kyskhets fläckade hon döende allt omkring med sitt oskyldiga blod.

30. När Kartagos invånare såg denna förfärliga handling jämrade de sig och sörjde och begrät länge den ädla kyska drottningen. De firade den blodiga begravningen under tårar och kallade henne landets mor. De förärade henne alla mänskliga och gudomliga hedersbetygelser så att det goda som ödets grymhet tagit i livet uppvägdes av medborgarnas vörndnad i döden.

31. De anbefalldes henne därefter åt himmelens och underjordens gudar ytterst ivrigt och gjorde så att så länge Kartago var obesekrat vördade de henne såsom gudinna med tempel och altare tillägnade hennes namn.

Till Didos lov

1. O denna kvinnas manliga styrka, o denna kvinnliga kyskhets prydnad som bör hyllas med evigt lov! Du ville hellre ge de få år som var kvar av ditt liv åt ödet för att din ärbarhet skulle bestå än att leva det längre för att en gång dö med vanära och besudla den heliga föresatsen om kyskhets med outplånliga frestande fläckar av begär.

2. Med ett enda hugg gjorde du högt vördade drottning slut på mänskliga strävanden och vann evig berömmelse. Du hejdade den barbariske kungens begär och därjämte lämnade du så gott du kunde fosterlandet förskonat från krig genom din utplånade skönhet.

3. Ditt ädla blod rann ur ditt fromma hjärta och din kyska kropp dog på grund av dessa bragder och din ande flög till ett liv som beretts för dig prydd av dessa förtjänster. Jag ber alltså att du ska se till, om det finns någon kraft hos de döda, att ingjuta skam hos lösaktiga kvinnor så att vi som

känner till ditt hedervärda namn efter så många sekler kan få se värdigheten hos den kvinnliga kyskheten förökad genom dina förtjänster.

### 1.3. DIDO I *DE MULIERIBUS CLARIS* – LATINSK TEXT

1. Dido, cui prius Elyssa nomen, Cartaginis eque conditrix et regina fuit. Huius quidem in veras laudes, paululum ampliatis fimbriis ire libet, si forte paucis literulis meis saltem pro parte notam, indigne obiectam decori sue viduitatis, abstergere queam.<sup>3</sup>

2. Et ut altius in suam gloriam aliquantisper assummam, Phenice, ut satis vulgatum est, populi industria preclarissimi, ab extrema fere Egypti plaga in syrium venientes litus, plurimas et preclaras ibidem condidere urbes. Quibus inter alios rex fuit Agenor, nostro, nedum suo, evo prefulgidus fama, a quo genus Didonis inclitum manasse creditum est.

3. Cuius pater Belus Phenicum rex cum, Cypro insula subacta, clausisset diem, eam virgunculam cum Pygmaleone fratre grandisculo Phenicum reliquit fidei. Qui Pygmaleonem constituentem genitoris in solium, Elyssam, puellulam et forma eximiam, Acerbe seu Syceo vel Sycarbe – ut dicunt alii – Herculis sacerdoti, qui primus erat post regem apud Tyrios honor, coniugio iunxere.

4. Hi autem invicem sanctissime se amarunt. Erat pre ceteris mortalibus cupidissimus et inexplebilis Pygmalion auri, sic et Acerba ditissimus; esto, regis avaritia cognita, illud occultasset latebris. Verum cum famam occultasse nequiverit, in aviditatem tractus, Pygmalion, spe potiundi, per fraudem occidit incautum.

5. Quod cum cognovisset Elyssa, adeo impatienter tulit ut vix abstineret a morte. Sane cum multum temporis consumpsisset in lacrimis et frustra sepius dilectissimum sibi vocasset Acerbam atque in fratrem diras omnes execrationes expetisset, seu in somnis monita – ut placet aliquibus – seu ex proprio mentis sue consilio, fugam capessere deliberavit, ne forsitan et ipsa avaritia fratris traheretur in necem; et posita feminea mollice et firmato in virile robur animo, ex quo postea Didonis nomen meruit, Phenicum lingua sonans quod virago latina, ante alia nonnullos ex principibus civitatum, quibus variis ex causis Pygmalionem sciebat exosum, in suam deduxit sententiam; et sumpta fratris classe, ad eam transferendam, seu in aliud, preparata, confestim navalibus compleri sotiis iussit et nocte, sumptis thesauris omnibus quos viri noverat et quos fratri subtraxisse potuit, clam navibus imponi fecit et excogitata astutia, pluribus involucris arena repletis, sub figmento thesaurorum Sycei, videntibus omnibus, easdem honoravit; et cum iam altum teneret pelagi, mirantibus ignaris, in mari proici involucria iussit; et lacrimis se mortem, quam diu desideraverat, thesaurorum Acerbe summersione adinvenisse testata est, sed sotiis

---

<sup>3</sup> Den latinska texten har tagits från Brown s. 166 – 181. Översättningen är min.

compati, quos non dubitabat, si ad Pygmalion irent, diris suppliciiis una secum ab avarissimo atque truci rege scarnificari; sane si secum fugam arripere vellent, non se illis et eorum oportunitatibus defuturam asseruit.

6. Quod miseri audientes naute, etsi egre natale solum patriosque penates linquerent, timore tamen seve mortis exterriti, in consensum exilii venere faciles; et flexis proris, ea duce, in Cyprum ventum est, ubi virgines Veneri in litore libamenta, suorum more, solventes, ad solatium iuventutis et prolem procreandam rapuit; et Iovis antistitem cum omni familia premonitum, et magna huic fuge subsecutura vaticinantem, socium peregrinationis suscepit.

7. Et iam Creta post tergum et Sycilia a dextris relictas, litus flexit in affrum et, Massuliorum oram radens, sinum intravit, postea satis notum, quo tutam navibus stationem arbitrata, dare pausillum quietis fatigatis remigio statuit; ubi advenientibus vicinis desiderio visendi forenses et aliis comeatus et mercimonia portantibus, ut moris est, colloctiones et amicitie iniri cepte; et cum gratum appareret incolis eos ibidem mansuros esse et ab Uticensibus, olim a Tyro eque profectis, legatio suasisset sedes; confestim, esto audisset fratrem bella minantem, nullo territa metu, ne iniuriam inferre cuiquam videretur, et ne quis eam magnum aliquid suspicaretur facturam, non amplius quam quantum quis posset bovis occupare corio, ad sedem sibi constituendam, ab accolis telluris in litore mercata est.

8. O mulieris astutia! In frustra iussu suo concisum bovis corium fracturisque iunctis, longe amplius quam arbitratri potuerint venditores amplexa est et auspicio equini capitis bellicosam civitatem condidit, quam Cartaginem nuncupavit; et arcem a corio bovis Byrsam; et cum, quos fraude texerat, ostendisset thesauros, et ingenti spe fuge animasset socios, surrexere illico menia, templa, forum et edificia publica et privata.

9. Ipsa autem, datis populo legibus et norma vivendi, cum repente civitas evasisset egregia et ipsa inclita fama pulchritudinis invise et inaudite virtutis atque castimonie per omnem Affricam delata est.

10. Quam ob rem, cum in libidinem pronissimi homines Affri sint, factum est ut Musitanorum rex in concupiscentiam veniret eiusdem eamque quibusdam ex principibus civitatis sub belli atque desolationis surgentis civitatis denunciatione, ni daretur, in coniugium postulavit.

11. Qui cum novissent vidue regine sacrum atque inflexibile castitatis propositum et sibi timerent plurimum ne, petitoris frustrato desiderio, bello absorberentur, non ausi Didoni interroganti quod poscebatur exponere verbis, reginam fallere et in optatum deducere sua sententia cogitarunt, eique dixere regem cupere eorum doctrina efferatam barbariem suam in mores humaniores redigere; et ob id, sub belli interminatione, preceptores ex eis poscere; verum eos ambigere

quisnam ex eis tam grande vellet onus assummere ut, relicta patria, apud tam immanem regem moraturus iret.

12. Non sensit regina dolos, quin imo in eos versa: "Egregii cives" inquit "que segnities hec, que socordia? An ignoratis quia patri nascamur et patrie? Nec eum rite civem dici posse qui pro salute publica mortem, si casus expostulet, nedum incomodum aliud renuat? Ite igitur alacres et parvo periculo vestro a patri ingens belli incendium removete."

13. His regine redargutionibus visum est principibus obtinuisse quod vellent et vera regis detexere iussa. Quibus auditis, satis regine visum est se sua sententia petitum approbasse coniugium ingemuit secum, non ausa suorum adversari dolo. Stante tamen proposito, repente in consilium ivit quod sue pudicitie oportunitatem visum est dixitque se, si terminus adeundi virum detur, ituram.

14. Quo concessa atque adveniente Enea troiano nunquam viso, mori potius quam infringendam fore castimoniam rata, in sublimiori patrie parte, opinione civium manes placatura Sicei, rogam construxit ingentem et pulla tecta veste et cerimoniis servatis variis, ac hostiis cesis plurimis, illum conscendit, civibus frequenti multitudine spectantibus quidnam factura esset.

15. Que cum omnia pro votis egisset, cultro, quem sub vestibus gesserat, exerto ac castissimo apposito pectori vocatoque Syceo inquit: "Prout vultis cives optimi, ad virum vado." Et vix verbis tam paucis finitis, summa omnium intuentium mestitia, in cultrum sese precipitem dedit et auxiliis frustra admotis, cum perfodisset vitalia, pudicissimum effundens sanguinem, ivit in mortem.

16. O pudicitie inviolatum decus! O viduitatis infracte venerandum eternumque specimen, Dido! In te velim ingerant oculos vidue mulieres et potissime christiane tuum robur inspiciant; te, si possunt, castissimum effundentem sanguinem, tota mente considerent, et he potissime quibus fuit, ne ad secunda solum dicam, sed tertia et ulteriora etiam vota transvolasse levissimum! Quid inquam, queso, spectantes, Christi insignite caractere, exteram mulierem gentilem, infidelem, cui omnino Christus incognitus, ad consequendam perituram laudem tam perseveranti animo, tam forti pectore in mortem usque pergere, non aliena sed sua illatam manu, antequam in secundas nuptias iret? Antequam venerandissimum observantie propositum violari permicteret? Dicet arbitrator aliqua, cum perspicacissime ad excusationes nostre sint femine: "Sic faciendum fuit; destituta eram, in mortem parentes et fratres abierant, instabant blanditiis procatores, nequibam obsistere, carnea, non ferrea sum."

17. O ridiculum! Dido quorum subsidio confidebat, cui exuli frater unicus erat hostis? Nonne et Didoni procatores fuere plurimi? Imo, et ipsa Dido eratne saxea aut ligna magis quam hodiernae sint? Nonne equidem. Ergo mente saltem valens, cuius non arbitratur posse viribus evitare illecebras, moriens, ea via qua potuit evitavit.

Sed nobis, qui nos tam desertos dicimus, nonne Christus refugium est? Ipse quidem Redemptor pius in se sperantibus semper adest. An putas, qui pueros de camino ignis eripuit, qui Susannam de falso crimine liberavit, te de manibus adversantium non possit auferre, si velis? Flecte in terram oculos et aures obsera atque ad instar scopuli undas venientes expelle et immota ventos afflare sine: salvaberis.

18. Insurget forsitan et altera dicens: "Erant michi longeque lateque protensus ager, domus splendida et suppellectilis regia et divitiarum ampla possessio; cupiebam effici mater, ne tam grandis substantia ad externos deferretur." O insanum desiderium! Nonne et Didoni absque filiis regnum erat? Nonne divitiae regiae? Erant equidem. Quid et ipsa mater effici recusavit? Quia sapientissime arbitrata est nil stolidius fore quam tibi destruere ut edifices alteri.

19. "Ergo castimoniam maculabo ut agris, ut splendide domui, ut suppellectili pariam possessorem?" Sino quod contigit sepiissime, destructorem. Nonne, etsi tibi divitiae ingentes, quae profecto expendende, non abiiciende sunt, et Christi pauperes multi sunt?

20. Quibus dum exhibes, tibi aeterna palatia construis; quibus dum exhibes, castimoniam alio fulgore illustras. Praeterea et amici sunt, quorum nulli aptiores heredes, cum tales habeas quales ipsa quesitos probaveris; filios autem, non quales volueris, sed quales natura concedet, habebis.

21. Veniet et tertia asserens quia sic illi fuerit agendum, cum parentes iusserint, consanguinei coegerint et affines suaserint; quasi ignoremus, nisi sua concupiscentia suasisset, imo effrenata iussisset, praedicta omnia frustrasset negatione unica. Potuit mori Dido ne viveret impudica; haec, ut pudica viveret, connubium negare non potuit.

22. Aderit, suo iudicio, astutior ceteris una quae dicit: "Iuvenis eram; fervet, ut nosti, iuventus; continere non poteram; doctoris gentium aientis: "Melius est nubere quam uri" sum secuta consilium." O quam bene dictum! Quasi ego aniculis imperem castitatem, vel non fuerit, dum firmavit animo castimoniam, iuvenula Dido! O scelestum facinus! Non a Paulo tam sancte consilium illud datur quin in defensionem facinoris persepe turpius alligetur. Exhaustas vires sensim tibi restaurare possumus: superfluas abstinentia minorare non possumus? Gentilis femina ob inanem gloriam fervori suo imperare potuit et leges imponere; christiana, ut consequatur aeternam, imperare non potest! Hei michi! Dum fallere Deum talibus arbitramur, nos ipsos et honori caduco – ut aeternum sinam – subtrahimus et in precipitium aeternae damnationis impellimus.

23. Erubescant igitur intuentes Didonis cadaver exanime; et dum causam mortis eius excogitant, vultus deiciant, dolentes quod a membro dyaboli christicole pudicitia superentur; nec putent, dum lacrimas dederint et pullas assumpserint vestes, defuncto peregrisse omnia. In finem usque servandus est amor, si adimplere velint viduitatis officium.

